

- 155 Hic tuus Archadicus super omnes regnat amicus.
 Frangatur collo! certe, sic laudat Apollo.
 XI. Sugerus¹ vero, demisso corde severo,
 *Effugiens litem vult se de paupere ditem! *f. 1291.
 En facinorosum scelus, en ignominiosum!
- 160 Ergo dicatur: lucrum, non uxor amatur!²
 XII. Ivo tibi³ mando: caveas scelus hoc agitando!
 Nam nisi desistis ab amatis sordibus istis
 Aut cesus fueris vehementius aut morieris.
 Multa⁴ quidem recolo, quorum plus scribere nolo.
- 165 Queso, tui pulchri relegas epigramma sepulchri.
 Dignus ea laude per ydonea tempora gaude!
 XIII. Vite⁵ cassa bonis hic membra teguntur Yvonis,
 Qui quantum potuit frausque venusque fuit.
 Utque vices Christi pia contio credidit isti,
- 170 Annichilando pie prefuit ecclesie.
 XIV. Ut lupus intentus in oves laniare cruentus,
 Sic miser iste fuit. Hinc⁶ anathema ruit.
 Carnis ob ardorem celestem sprevit honorem.
 Quantum Pluto valet, ignis in igne calet.
- 175 De cuius vita, lector, plus querere vita!
 Nemo fidelis ei det: 'miserere mei!'

1) Eugerus c. 2) v. 157—160 in diesem Zusammenhange unverständlich. Das Wort 'uxor' v. 160 erlaubt die Annahme, dass eine Beziehung zu Fredesinde vorliegt, und der Suger des v. 157 der Gemahl der Buhlerin ist. Dann ist es sehr wahrscheinlich, dass der Abschnitt bei der Abschrift an eine falsche Stelle gerathen ist. Er wird am besten nach v. 144 oder 147 einzuschieben sein. 3) tamen (tñ) c. 4) v. 164—176 fehlen bei M. 5) v. 167—176 auch bei Rose a. a. O. 6) Hic c., Hinc P. v. W.
